

382.

Papst Bonifacius IX. incorporirt die Parochialkirchen zu Grimma und Höfgen dem Kloster Nimbschen.
 Rom, St. Peter, 1399 Nov. 26.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 5105. Für die fehlende Bulle sind Löcher im Pergament vorhanden.

5 *Ann.: Die Urkunde über die hier angezogene Verleihung des Bischofs von Merseburg Friedrich (II; 1357—82) ist nicht mehr vorhanden; es ist jedoch deutlich, daß in derselben nur von der Parochialkirche von Grimma die Rede gewesen sein kann, da Höfgen nicht, wie hier angegeben, mit zur Diöcese von Merseburg, sondern zu der von Meißen gehörte, daß also hier die besondere Erwähnung der Incorporation von Höfgen durch den Bischof von Meißen wahrscheinlich irrtümlicherweise weggelassen worden ist. — Im wesentlichen gleichlautend, auch von derselben Hand*
 10 *geschrieben und mit denselben Kanzleivermerken versehen ist die Bulle desselben Papstes d. d. Rom St. Peter 1401 Jun. 8 (Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 5146 mit der Bulle an Fäden von rother und gelber Seide, gedr. Husche Magazin 7, 528 ff.), welche auf die Incorporationen derselben Parochien durch die Bischöfe Gebhard von Merseburg und Johannes von Meißen (vergl. No. 326 und 338) Bezug nimmt; die wichtigsten Abweichungen derselben sind in den Anmerkungen unter B mitgetheilt. Vergl. dazu Lorenz Grimma 1298 f.*

15 **:Bonifacius episcopus servus servorum dei ad futuram rei memoriam:.** Cunctis orbis ecclesiis —. Sane peticio pro parte dilectarum in Christo filiarum . . abbatisse . . priorisse et conventus monasterii in Nimpezen per abbatissam et priorissam soliti gubernari Cisterciensis ordinis Merseburgensis diocesis nobis exhibita continebat, quod^{a)} olim bone memorie Fredericus episcopus Merseburgensis pie considerans^{a)}, quod eadem abbatissa priorissa
 20 et conventus rerum inopia gravabantur et nichilominus gravia onera expensarum habebant continue de necessitate subire, in^{b)} Grimis et in Hofechin dicte diocesis^{b)} parrochiales ecclesias, que de iure patronatus earundem abbatisse priorisse et conventus erant, dicto monasterio auctoritate ordinaria incorporavit annexuit et univit reservatis de fructibus redditibus et proventibus dictarum ecclesiarum congruis porcionibus pro perpetuis vicariis
 25 in eis domino servituris, de quibus iidem vicarii possent congrue sustentari, episcopalia iura solvere et alia incumbencia onera supportare, dicteque^{c)} abbatissa priorissa et conventus easdem ecclesias pretextu unionum annexionum et incorporacionum huiusmodi pacifice assecute^{c)} eas extunc per quadraginta annos vel circa tenuerunt et possederunt, prout tenent et possident pacifice et quiete^{e)}. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat,
 30 ab aliquibus asseratur uniones et incorporaciones annexiones huiusmodi ex certis causis iuribus non subsistere, pro parte ipsarum abbatisse priorisse et conventus fuit nobis humiliter supplicatum, ut easdem ecclesias, quarum viginti quatuor, prefato monasterio, cuius centum et quinquaginta marcharum argenti secundum communem extimacionem valorem
 35 unire de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus inclinati prefatas ecclesias cum omnibus iuribus et pertinenciis suis *eidem^{d)} monasterio tenore presencium incorporamus anectimus et unimus, ita^{e)} quod liceat predictis abbatisse

382. a) quod olim — Ghebehardus Merseburgensis et Iohannes Missnensis episcopi pie considerantes B.

40 b) Ghebehardus in Grimis et Iohannes episcopi predicti in Hofechin Merseburgensis et Missnensis diocesis predictarum B. c) licet eadem abbatissa priorissa et conventus easdem ecclesias unionum annexionum et incorporacionum huiusmodi vigore nondum, ut asseritur, realiter extiterint assecuto B; eas extunc — quiete *fehlt* B. d) eisdem A. eidem B.